

Symbolice : has tenebræ significabant excecationem Judeorum. Ita S. Chrysostomus, hom. De Cruce et Latrone : « Hodie, inquit, apud Judeos tenebræ sunt, apud nos autem nox in diem conversa est. Etenim pietati hæc proprium est, ut in tenebris fulgeat; impietas autem, etsi in lumine fuerit, tenebrescit. Fidelibus nox in diem mutatur, infidelibus autem etiam ipsa lux tenebrescit. Et de fidelibus quidem Scriptura dicit : Quia tenebræ non obscurabuntur, et nox sicut dies illuminabitur. Infideli autem et dies in noctem mutatur, dicente Scriptura : Palpebræ sicut cæci parietem, et ambulabunt in meridie sicut in medio noctis, » Job, v.

46. ET CIRCA HORAM NONAM CLAMAVIT JESUS VOCE MAGNA, DICENS : ELI, ELI, LAMMA SABACHTHANI (male quidam legunt, « Sabatani »)? HOC EST : DEUS MEUS, DEUS MEUS, UT QUID DERELIQUISTI ME? — Citat Christus Psal. xxi, 1, in quo Hebr. habetur אֱלֹהֵינוּ אֲבֹתָנוּ; sed quia Judæi Babylone redeuntes, corruerunt suam linguam Hebræam, et induxerunt Syriacam, hinc Christus pro Hebræo אֲבֹתָנוּ, Syriace more gentis sue dixit : Sabachthani. Syra moderna habent, elmonobactoni. Unde liquet, temporum successu, nonnihil variatam esse linguam Syriacam, uti variata est lingua Latina, Italica, Gallica, Germanica et cæteræ.

Porro, Christus in cruce continue orans, seseque totum Deo in victimam offerens pro salute hominum, sub finem vite jam moriturus recitavit psalmum xxi jam citatum, qui totus est de Passione Christi, ut ostenderet se esse illum ipsum de quo psalmus ille agit, scilicet Messiam, ut Scribæ et Judæi scrutentur et cognoscant causam, cur e cruce nolit descendere, vel liberari, esse hanc, quod ex Patris decreto moriendum illi erat in cruce pro salute hominum. Hoc enim David psalmo illo fore prædixit.

Impie ergo Calvinus (ex quo similia hic in Comment. Joannis Peri transcripta sunt) ait hæc esse Christi desperantis verba; debuisse enim Christum omnem Dei iram peccatis nostris debitam experiri, ac per consequens damnatorum penas sentire, inter quas una est desperatio. Verum hæc blasphemia seipsam elidit. Si enim Christus in cruce desperavit, ergo peccavit peccato grandi, ergo iræ Dei non satisfecit, sed magis eum accendit. Et quomodo dici potest desperasse Christus, qui paulo post moriens clamavit : « Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, » ut habet Lucas, cap. xxiii, 46.

Igitur clamat Christus se desertum, non a divinitate et unione hypostatica Verbi, non etiam a gratia et amicitia Dei; sed eo quod Pater eum a morte jam incuncte non eripiebat, nec consolatione ulla tam diram passionem in carne et parte animæ inferiore molebat et mitigabat, sed eum doloribus et tormentis meris cruciari permittebat; ut ostendat quam amara et acerba sit illi in cruce mors, et animæ a corpore per

tantos dolores extorsio, ac tam violenta partium adeo amicarum separatio, sicut in horto agonizans sudansque sanguinem oravit : « Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. » Ita S. Hieronymus, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius et passim cæteri, nec aliud voluit S. Hilarius et S. Ambrosius, dum ait : « Clamavit homo divinitatis separatione moriturus. » Separationem enim intelligunt non essentia et unionis hypostaticæ, sed opis, auxilii et consolationis : fides enim docet in morte Christi animam quidem separatam fuisse a corpore; deitatem tamen tam animæ quam corpori hypostaticæ mansisse unitam, uti erat prius. Adde, Christum queri hic se desertum a deitate, quia deitas ad aliud ei non succurrebat, quam ut sui sustentaret in tormentis, eique ad plura et dioriora patientiam prorogaret, imo dolores Christi auferret, quod se deitatis unitum videret tam indigna et atrocita pati. Ita Laurentius Justinianus, tract. De Triumph. agone Christi, cap. viii.

Symbolice : Primo, rogat hic Christus causam, cur a Patre in cruce sit derelictus, g. d. Quæ est causa, Pater mi, ut mori debeam in hac cruce, quid culpe, quid mali commisi? sum enim innocentissimus, imo Sanctus Sanctorum. Unde responsio subditur, Psal. xxi, 1. Sibi enim respondet Christus : « Longe a salute mea verba delictorum meorum, » g. d. Delicta hominum, quæ mihi Pater meus inuenda et expianda imposuit, hæc mihi salutem et vitam adiungunt, ac ad crucem mortemque adiungunt.

Secundo, nonnulli apud Theophylactum censent Christum hic loqui non de sua, sed de populi sui Judaici derelictione et reprobatione, g. d. Cur, o Pater, me, id est me gentem meam populum, id est Judæos, qui secundum carnem mihi cognati sunt, deseris et a te abdicas?

Tertio, Origenes censet Christum queri de paucitate salvandorum et multitudine damnandorum, in quibus perit fructus passionis et mortis Christi, g. d. Ut quid, o Domine, me, id est homines mihi secundum carnem cognatos, pro quibus morior, deseris, ut paucos ex eis salves, plurimos reprobes? Sic enim meipsum quasi deseris : facis enim ut fructus mee passionis exiguus, derelictus et quasi perditus sit.

Tropologicæ : S. Cyrillus, tract. De Passione, censet Christum hoc dixisse ut nos inquiramus causas, ob quas Pater eum dereliquit : « Tu, inquit, Domine, de morte non agis, de opprobriis non contendis; sed hoc vis intelligi, quæ sit causa mortis, quis questus, ut utraque recognita peccatum appareat et gratia; et quanti ponderis sit utrumque, rerum probet effectus, cum originali morti nullum nisi in Christi morte poterit esse remedium, nec reconciliari Deo potuit exules et damnatos queelibet oblatio, nisi sanguinis hujus singulare sacrificium. » Et nonnulli

interjectis : « Derelictus est Dominus, ne nos dereliqueremus; derelictus est, ut a peccatis æternæ morte liberaremur; derelictus est, ut amorem suum erga nos ostenderet, ut justitiam misericordiamque suam nobis patefaceret, ut amorem nostrum ad se raperet, denique ut exemplum nobis patienti exhiberet : patet in celum via, sed ardua et difficilis, præire voluit exemplo admirabili, ne via teneret, sed stupendum Dei patientis exemplum nos concitaret, » ut scilicet nos cum Paulo, Rom. viii, in quavis tribulatione fidenter et exultanter dicemus : « Quis nos separabit a charitate Christi? » Et mox : « In his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. »

Hoc ergo fuit quartum Christi in cruce verbum et dictum, qui solatur omnes desolatos, afflictos et mestos, sicut eodem solatus est S. Petrum martyrem ex ordine S. Dominici. Cum enim ipse visitatus a S. Cæcilia, S. Agnetæ et S. Catharina, cum eisque in cubiculo colloquens, a femuribus auditus et accusatus foret, quod feminas in cubiculum admisisset, ideoque infamatus et ad duram longamque penitentiam damnatus, quæreret coram Christo crucifixo, dicebatque : « Domine, tu seis innocentiam meam, cur ergo, me silente, tu tacet? cur me non defendis, sed in hac infamia tamdiu derelinquit? » Respondit ei Christus : « Et ego, o Petre, quid commerui, ut pro te in hac cruce confixus sim? disce ex me patientiam exercere in quibuslibet afflictionibus tuis, quia omnes tue meis acquirari nequeunt. » Qua voce Petrus ita roboratus et exhilaratus est, ut plura pati optaret, imo nollet suas ignominias cum regum sceptris et coronis commutare. Quare Christus ejus innocentiam tandem patefecit, ac infamiam omnem in gloriam convertit. Ita habet ejus Vita apud Surium, ad diem 29 aprilis.

47. QUIDAM AUTEM ILLIC STANTES, ET AUDIENTES, DICEBANT : ELIAM VOCAT ISTE. — S. Hieronymus et alii censent hoc fuisse milites Romanos : nam illi acetum porrexerunt Christo, ut docet Lucas, cap. xxiii, vers. 36. Hi ergo cum Hebræam linguam non callerent audieruntque Christum clamantem : « Eli, Eli, » putabant Eliam vocari et invocari a Christo; Eliam enim rediturum in adventu Messie, a Judæis inaudierant.

48. ET CONTINUO CURENS UNUS EX EIS, ACCEPTAM SPONGIAM IMPLEVIT ACETO, ET IMPOSUIT ARUNDINI, ET DABAT EI BIBERE. — Spongiam enim, acetum et arundinem de more jam paraverant; solebant enim his potare crucifixos.

Et continuo. — Scilicet, postquam Jesus clamasset : « Sitio, » ut explicat et supplet Joannes, cap. xiv, vers. 28. Hoc enim fuit quintum Christi in cruce verbum, quod mox post quartum, scilicet : « Eli, Eli, lamma sabachthani, » subjunxit. Audi Joannem : « Postea sciens Jesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit : Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum.

Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes obtulerunt ori ejus. Cuius ergo accepisset Jesus acetum, dixit : Consummata sunt. » Quod fuit sextum et penultimum Christi in cruce verbum.

SPONGIAM. — ut scilicet Christus e spongia exurgeret acetum. Spongia enim cum sit porosa, copiosum humorem qui immergitur imbibit; quem pressa refundit : nam poculum Christo ita in cruce elevato portare non poterant. Spongia hæc religiose servatur Romæ, et populo ostenditur in basilica Lateranensi.

ACETO. — Nota : Crucifixis cæterisque reis in supplicio dari solebat vinum, tum ad levandam sitim, qua in tanto dolore et angore cruciari solent; tum ad confortationem, ut animosus ferant tormenta et mortem. Sed Judæi et milites, ut gratificarentur Judæis Christo infensis, pro vino dederunt ei acetum. Unde queritur Christus, Psal. lxxviii, 22 : « Et in siti mea potaverunt me aceto. » Addit Lyranus, quia Salomon dixerat, Proverb. xxxi : « Date scieram merentibus sibi, » etc. « Ideo, ex occasione hujus verbi, seniores Judæorum staterunt, ut condemnatis ad mortem daretur vinum aromaticum, ut condemnatum ad bibendum, ut facilius tolerarent passionem. In Jerusalem autem erant matronæ devotæ, quæ hoc vinum ex devotione procurabant; sed Judæi tale vinum datum pro Christo et aliis duobus acceperunt sibi, et loco ejus posuerunt acetum cum felle mixtum. »

Igitur primo, acetum ei dederunt ad illusionem, quia ei illuddebant, » ut ait Lucas, cap. xxiii, 36; secundo, ad tormentum, ut in siti non dulci et suavi, sed acri et acetoso potu eum cruciant; tertio, ut sitim ejus non tam extinguerent, quam auferent : nam acetum, licet initio sitim levare videatur, mox tamen eum auget, et quia siccum est, desiccat valde : quarto, Baronius censet acetum Christo datum ut sanguinem stringendo et sistendo, ac stomachum cæteraque membra cum hyssopo roborando, Christum diutius in vita conservaret ad hoc, ut cruciatus ejus esset productior et vehementior. E contrario Theophylactus, Cajetanus, Jansenius, Toletus, Franciscus Lucas, Barradius, Emmanuel Sa et alii censent acetum Christo datum, ut mortem ei acceleraret, idque a custodibus, qui famentes cupebant donum ad prandium redire : erat enim jam hora tertia pomeridiana; scilicet, ut citius eum conficeret aceti amaritudo, ait Theophylactus; acetum enim vim habet penetrantem suamque amaritatem et malignitatem omnibus membris, vulneribus et plagis instillandi. Ita S. Hilarius, Chrysostomus et Nonus, in cap. xix Joannis, qui acetum hoc vocat « acerrimum potum, et siticulosam muriam; » item « acetum exiti permixturæ hyssopo. » Symbolice : acetum significat malignitatem Symbol. quam peccatores exhibent Christo, uti fecere dæi. Unde S. Augustinus, in cap. xix Joannis : « Date, ait, quod estis, Judæi : quippe era

Christus in cruce recitavit psal. xxi.

Cur?

Calvinus ait Christum desperasse.

Christus quomodo a Patre derelictus.

S. Petrus martyr Christo crucifixo queritur.

Vers. 47. Mar. xv. 35.

Acetum datum Christo quomodo quæritur.



tum degenerantes a vino Patriarcharum et Prophetarum, et tanquam vas plenum aceto habentes, scilicet cor plenum iniquitate et velut spongiam cavernosam et tortuosam latibulis fraudulentum. »

Rursus Christus, bibendo acetum, illud nobis in vinum convertit, dum per hoc meruit vitia nostra vertere in virtutes, infirmitates in gloriam. Unde S. Hilarius: « Vinum, ait, quod in Adam occidit, immortalitatis est honor, aut virtus: potavit ergo, ad se in communionem immo, talitatis ea que in nobis erant vitiosa, transfundens. » Et Remigius: « Acetum, Judæi a patribus degenerantes; spongia, fraudulenta corda; arundo, Scriptura sacra, quæ hoc facto implebatur. »

ET IMPOSITUM ARUNDINI. — Græce *καλαμῶν*, id est calamo: calamus autem non tantum arundinem, sed et culmum sive surealum cujusvis seminis et herbe significat. Unde vocatur calamus sive culmus tritici, avenæ, hordei, hyssopi. Hinc S. Joannes, cap. XIX, 29, hunc calamum fuisse hyssopi asserit, dicens: « Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes; » ubi idem est verbum Græcum *καλαμῶν*, quod hic interpret verit, « impositum. » Unde Syrus, Joannis cap. XIX, verit: *Impleverunt aceto, et posuerunt super hyssopum; et Arabicus: Et impleverunt spongiam aceto, et imposerunt super arundinem.* Ergo arundo sive calamus, quo porrexerunt Christo spongiam aceti, fuit ipsa hyssopus. Crux enim non erat alta, hinc calamo exiguo poterat ab homine, brachii extensis, spongia admodum ori Christi. Et in Palestina hyssopus hortensis altius quam in Europa excrevit. Hortensis dico, nam in parietibus, utpote siccis, humilis est, ut patet III Reg. IV, 33. Quin et de vulgari ac nostrati hyssopo sic scribit Dodoneus, lib. IV *De Stirpibus*, cap. XIX, in Pemptade I: « Hyssopus caules erigit dodrantales, aut altiores, duros ac lignosos, in virgulas aliquot divisos, ab imo ad fastigium usque foliis circumversitatis oblongis, veluti polygoni aut laevendula. » Addit Clusius hyssopos reperiri sesquipedales; harum summitas in brachiis hominis extensis, attingere potest os crucifixi. Unde calamum cui imposita fuit spongia aceti, ut ori Christi admodum, uti aiat Matthæus et Marcus, non fuisse altum quam hyssopum, uti explicat Joannes, censent Euthymius, Chrysostomus, Theophylactus, Lyranus, S. Thomas, Tilletmannus, Dionysius Carthusianus, Barradius et alii.

Nonnulli suspiciantur in Joanne pro *βουβων* legendum *βοσπ*, id est pilo vel hasta instar calami, quo utpote longo, facile erat contingere os Christi crucifixi; sed omnia exemplaria habent *βουβων*, non *βοσπ*. Alii cum S. Augustino putant spongiam aceti impositam hyssopo, deinde utrumque impositum fuisse arundini. Alii censent succum ex hyssopo expressum, mixtum cum aceto, et spongia exceptum, impositum fuisse arundini.

Uti ut est, certum est spongiam fuisse impositam hyssopo, sive hyssopus fuerit ipse calamus, sive ab eo diversa et calamo imposita.

Hyssopum adhibere primo, quia hyssopus solet ad vinum et acetum adhiberi: unde Columella, lib. XII, cap. xxxv, et Plinius, lib. XIV, cap. xvi, asserunt fieri vinum ex hyssopo tusa et in vinum injecta, quod hyssopus dicitur; secundo, quia hyssopus naribus adhibita roborat, et animam fugientem revocat; tertio, quia hyssopus sanguinem sistit; quarto, quia hyssopus purgat pectus et fauces, alisque morbis et plagis medetur. Nam Galenus docet hyssopum aceto mixtum, exanimatis animum et vires reddere. Milites ergo hic spongia circumligerunt hyssopum, ne acetum ex spongia dilaberetur, sed ex ea diffuens vel distillans hyssopi fasciculo exciperetur, ut Christus tum hyssopi quam aceti succum ex spongia sugeret, itaque animum viresque reciperet. Passim enim medici hyssopo tribuunt vim internam purgandi, præsertim pulmones, et animi deliquium passos ad se revocandi, ac pectoris dolores mitigandi. Vide Dioscoridem, lib. III, cap. xxvi; Joannem Ruellium, lib. III *De Stirpibus*, cap. xxiv; Dodoneum, Pemptade I, lib. IV, cap. xix.

Hæc de causa olim in lege veteri, per hyssopum fiebat expiatio in mundatione leprosi, Levit. xiv, 49. Item in sacrificio pro peccato, et aspersione lustralis aque per cinerem vitulae rufæ percolatæ, Numer. xix, 6.

Hyssopus ergo fuit typus sanguinis Christi, qui omnes fideles mire purgat, reficit et recreat. Unde S. Augustinus, in cap. xix Joann., 29: « Hyssopus, ait, herba humilis pectus purgans, Christi humilitatem significat; Christi enim humilitate mundamur: hæc Judæi circumdederunt et se circumvenisse putaverunt. »

49. CETERI VERO DICERANT: SINE, VIDEAMUS AN VENIAT ELIAS, LIBERANS EUM. — « Sine, » id est « Sinite, » ut habet Marcus, cap. xv, et Syrus, Arabicus et nonnulli codices Latini hic, q. d. « Sinite, » hoc est tacete, quiescite, expectate: sinite res alias, ut toti attendatis ad Jesum, ac videatis an veniat Elias ab eo invocatus, ut liberet eum. Hærent et dubitant an Elias venturus sit, quia ex tenebris alisque miraculis quæ videbant in passione Christi, dubitabant an Christus esset Messias, cujus præcursor erit Elias, uti non solum Christiani, sed et Judæi credunt, a quibus idipsum intellexerant hi milites Romani.

Dices: Marcus, cap. xv, vers. 36, ait non milites, sed eum qui Christo offerebat acetum, dixisse: « Sinite. » Sic enim habet: « Potum dabat ei dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum. » Respondet: Nonnulli codices Latini et Græci, æque ac Syrus in Marco, pro *ἵνα*, id est dicens, habent *ἵνα*, id est dixerunt: « Sine, » ut habet Matthæus, quem Marcus imitari solet. Idem ergo dixit Marcus quod Matthæus,

scilicet milites dixisse offerenti acetum; « Sine, » juxta sensum mox dandum.

Verum qui passim codices Latini et Græci in Marco habent « dicens: Sinite, » verius cum Euthymio, S. Augustino, lib. III *De Consensu*, cap. xvii, et aliis dicemus utrumque contigisse, scilicet tam milites quam offerentem acetum Christo dixisse: « Sine, » vel « Sinite; » cum enim milites acclamarent offerenti acetum Christo: « Sine, » ille respondit: « Sinite » et vos, quod primo, explicari potest generaliter et plane, juxta sensum initio datum, q. d. Sinite alia, et relinquit, omnia ut attendatis et videatis an veniat Elias liberans Jesum.

Secundo, magis particulatim milites dixere offerenti acetum Christo: « Sine, » id est cessa, noli dare acetum Jesu, ne ex eo citius moriatur, quia acetum mortem reis accelerat; sed: sine eum vivere, ut videamus an veniat Elias ad eum deponendum, itaque satisfaciendum nostræ curiositati; offerens vicissim respondet militibus: « Sinite » et vos, mox Jesu silentio porrigere acetum, ne ex siti moriatur; sed illud bibens vivere pergat, ut sic videamus an veniat Elias ad eum liberandum. Ita Jansenius.

Tertio, milites dicunt ei qui offerebat acetum Christo: « Sine, » id est quiesce, noli accedere ad Jesum illumque vexare, ut videamus si veniat Elias liberans eum. Putabant enim Eliam venturum ad Jesum, si is solus esset; nolles enim Eliam se cæters hominibus misere et patefacere. Vicissim respondet offerens acetum Christo: « Sinite » et vos, id est desinite clamare, ne vestro clamore arceatis Eliam ne veniat ad Jesum; vel: *Sinite eum*, ut verit Arabicus, id est sinite Christum, nolite eum turbare et vexare ne moriatur, ut videamus an Elias venturus sit ad eum liberandum. Ita Barradius. Aut, q. d. Sinite adhuc me hoc modo illudere Jesu, acetum sitientii propinando: ita facilius videbimus an veniat Elias, quo enim magis Jesus vexatur, eo citius accurret Elias, si quidem velit ei auxiliari, q. d. Nihil obstat id quod facio, quia veniat Elias; imo potius hoc accelerabit ejus adventum. Ita Franciscus Lucas.

Quarto, alii sic exponunt: Cum cæteri dicerent offerenti acetum: « Sine, » id est cessa, noli ei propinare acetum, itaque mortem accelerare, ut videamus an veniat Elias liberans eum; offerens respondit: « Sinite, » id est permittite me Jesu præbere acetum, ego hæc ratione mortem illi accelerabo, et videbimus num Elias liberaturus sit eum, q. d. Efficiam ne Elias liberet eum, quia eum aceto conficiam, illisorie enim hæc egisse et dixisse milites, ut Christo illudarent, significat Lucas, cap. xxiii, 36.

50. JESUS AUTEM ITERUM CLAMANS VOCE MAGNA, ENISI SPIRITUM. — « Iterum, » quia Jesus septies clamavit in cruce, septemque verba cygnæa edidit, scilicet primo: « Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt; » secundo, ad latronem: « Hodie

meum eris in paradiso; » tertio, ad matrem: « Mulier, ecce filius tuus; » et ad Joannem: « Ecce mater tua; » quarto: « Eli, Eli, mamma sabachani; » quinto: « Sitio; » sexto: « Consummatus est; » q. d. Omnia sacrificia vetera, omnes prophete, omnes typi de me et mea passione jam reipsa in me expleti sunt, superest ergo ut moriar; septimo: « In manus tuas commendo spiritum meum. »

CLAMANS. — Græce *καλαμῶν*, id est cum clamasset: nec enim simul clamavit et expiravit, sed prius clamavit, deinde expiravit. Clamavit autem dicens, ut habet Lucas: « Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, » id est animam meam cum halitu meo, o Pater, depono, vel, ut Græca habent, *παθησκουσα*, id est jam jam deponam, et velut depositum consignabo in manus tuas, ut illam, velut depositum, a te tertia die resuscitandum recipiam. Hinc fideles morientes hunc versum usurpant, quem primum David in sua tribulatione, Psal. xxx, ac deinde Christus hic in morte sua usurpavit.

Nota Christum voce magna clamasse per miraculum: moribundus enim deficit vox, ut vix loqui queat. Licet enim D. Thomas, III part., Quest. XLVII, art. 1, ad 2, dicat quod Christus conservavit naturæ suæ corporeæ vigorem et robur usque ad extremum; tamen veritas alii censent vires in Christo per tot labores et dolores defecisse, ut naturaliter clamare non posset, sed tantum per miraculum: alioqui enim mortuus fuisset non vi dolorum et tormentorum, sed æmera voluntate sua separando animam a corpore, ac consequenter non fuisset occisus, nec morte hæc violenta satisfecisset Patri pro nostris peccatis et morte.

Clamavit ergo per vires supernaturales, quas deitas ei suggererat, idque primo, ut significaret se, utpote Deum, non coactum ex infirmitate et necessitate, sed libere ex voluntate mori. Et hoc est quod ait Christus, Joann. x: « Nemo tollit eam (animam) a me, sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam, » idque ad hoc, ut plane libera et voluntaria esset hæc Christi oblatio et sacrificium pro salute totius mundi oblatum. Unde Victor Antiochenus, in cap. vj *Marci*: « Per hoc factum, ait, Dominus Jesus demonstrabat se totam vitam mortemque suam in libera sua potestate positam habuisse. » Sic et S. Chrysostomus, Hieronymus, Euthymius, Theophylactus.

Secundo, clamavit ut se supra hominem Deumque esse ostenderet. Unde centurio videns quia « sic clamans expirasset, » ut ait Marcus, dixit: « Vere Filius Dei eratis; » quia scilicet clamando ostendebat se esse vitæ mortisque suæ Dominum, ideoque Deum.

Tertio, ut clamare hoc vehementem suam in Deum amorem, religionem, obedientiam, ac desiderium salutis humanæ declararet. Unde Paulus, Hebr. v, 7: « Qui in diebus carnis suæ, inquit

Clamavit  
Christus  
in cruce  
fuit miraculum

enr?  
Causa  
Prima.



preces supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore valido et lacrymis (unde patet Christum cum clamore tunc lacrymas quoque fuisse) offerens, exauditus est pro sua reverentia. » Vide ibi dicta.

Quarto, ut significaret se confidenter et securo mori, cum certa spe resurrectionis et glorie tertio die a Patre sibi dande, ac suis fidelibus in eum credituris. Ita Origenes.

Eiusdem (Arabicus, tradidit) spiritum. — Voluntarie « quod enim emittitur, voluntarium est; quod amittitur necessarium, ait S. Ambrosius in cap. xxiii *Lucæ*. Et S. Augustinus, lib. IV *De Trinitate*, cap. xii: « Spiritus mediatoris carnem non deseruit inuitus, sed quia voluit, quando voluit, quo modo voluit; quippe Dei Verbo ad unitatem commixtus est homo. Hinc ait: *Potestatem habeo iterum sumendi eam, nemo tollet eam a me, sed ego pono eam a me, et iterum sumo eam*. »

Sic et S. Hieronymus, Doda et alii. Unde etiam « inclinatio capite emisit spiritum, » ut Joannes, cap. xix, ergo inclinavit caput, quasi Dominus mortis, ait Theophylactus. Nam ceteri homines, dum moriuntur, prius expirant, ac deinde caput inclinant. Caput enim, presertim ejus qui ex alto pendet, vita et vigore suo destitutum, pondere suo deorsum inclinatur. Ita S. Cyrillus, lib. II *in Joan.*, cap. lxxvii.

Audi S. Chrysostomum, *hom. 84*: « Inclinatio capite tradidit spiritum, ut non necessitate, sed voluntarie se mori ostenderet. Quod voluit, vixit; quando voluit, tradidit spiritum. » « Inclinatio capite, inquit S. Athanasius, *Quæst. VI ad Antiochum*, quia mors Christum metuens, ad ipsum non audebat accedere: Christus autem inclinatio capite eam vocavit; antequam enim inclinasset caput, propius accedere verebatur. » Licet enim Christi humanitas vi dolorum deficeret deberetque mori, tamen ejus deitas poterat humanitati robur addere et prorogare vitam, adeoque nisi peribit deitate Christi, non potuit mori humanitas ejus. Libere ergo mortuus est Christus quia Deus, et etiam quia homo, quia poterat humanitas hoc robur petere a deitate sua, et petens impetrasset.

Mortuus Christus sexta feria circa horam nonam. Nola: Christus expiravit feria sexta, circa horam nonam, qua Adam peccavit, ut ejus peccatum expiaret. Item qua occidit solebat agnus paschalis et qua iugo sacrificium quotidie Judæi in templo immolabant, ut ostenderet se has figuras sua morte eodem tempore adimplere. Inde Christiani hora nona orare solent. Unde dicta est hora orationis nona, *Act. iii*.

Symbolice et moraliter: Christus « inclinatio capite emisit spiritum: » Primo, quia omnium peccata cum portaret, eorum onere gravabatur, ideoque caput hoc onus sustinens sese inclinabat, uti solent hajuli onerum sub iis caput incurvare. Hoc enim onus peccati est gravissimum.

Secundo, ut significaret se mori ex obedientia:

docuit ergo Religiosos et subditos suis Prelatis inclinare caput et obedire, juxta illud: « Humiliavit se, etc., factus obediens usque ad mortem autem crucis, » *Philipp. ii, 8*.

Tertio, ut Patri se humiliaret, illique reverentiam exhiberet, ac in ejus voluntate caput, id est mentem et voluntatem suam in omnibus usque ad mortem, et mortem crucis resignaret.

Quarto, ut ultimum vade diceret mundo, ac presertim Occidenti, id est Europæ et Italie, *g. d. En*, popule meus, en pro te morior, ad quem caput inclino et spiritum emitto. Christus enim, ut superius dixi, crucifixus est facie aversa a Jerusalem, et conversa ad Occidentem et Italiam, quam sua fide, pontificatu ac martyrio SS. Petri et Pauli illustrare volebat. Relictis enim Judæis, convertit se ad Gentes.

Quinto, ut annueret et valediceret matri ad crucem adstanti.

Sexto, ut locum lanceæ, qua transfundendum erat latus dextrum et cor, inclinatione capitis designaret.

Septimo, ut ostenderet se et Patrem suum hac passione sua hominibus esse reconciliatum, eosque quasi amicos amplexeretur et oscularetur. Ita S. Augustinus, *tract. De Virgine*: « Inspice, ait, vulnera pendens, sanguinem moriens, pretium redimentis, cicatrices resurgentis. Caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplectendum, totum corpus expositum ad redimendum. Hæc quanta sunt cogitate, hoc in statera vestri cordis appendite, ut totus vobis figurat in corde, qui pro vobis totus fixus est in cruce. »

Octavo, ut ostenderet spiritum suum post mortem descensurum sub terram ad limbum Patrum, ut eos inde liberaret.

Nono, ut viscera misericordiæ suæ nobis ostenderet. Ita S. Laurentius Justinianus, lib. *De Triumphali Christi agone*, cap. xx: « Caput hoc, inquit, dum passionum ludibria et mortis supplicia pro hominibus pertulit mediator, liquefecit ad misericordiam, flexit ad gratiam, inclinavit ad indulgentiam.

Decimo, ut S. Joannem, Magdalenam et similes cruci suæ astantes complecteretur, ac faciem averteret ab iis qui fugiunt crucem.

Undecimo, ut caput a titulo crucis in quo scriptum erat: « Jesus Nazareus Rex Judæorum, » deorsum inclinans, ostenderet se declinare regnum omnesque mundi honores et pompas, nobisque idem faciendum esse inuenerit.

Duodecimo, ut ostenderet suam mortem fortis esse somnum quam mortem, ob futuram tertio die resurrectionem. Sic enim dormientes caput lecto inclinant et reclinant, juxta illud: « In pace in idipsum dormiam et requiescam, » *Ps. iv*.

Denique Christus, peracto legationis suæ officio inclinando caput Patri, quasi petit ab eoditionem, et missionem ac facultatem

e terra et redeundi ad Patrem, *g. d. Ecce*, o Pater, officium legationis tuæ in terram mihi commissum cum fide peregi, opus quod mihi imposuisti perfecti, cursum meum consummavi, feci et passus sum pro salute hominum quæcumque jussisti; supplex ergo postulo, ut mihi des licentiam moriendi, ac per mortem abeundi e terra et redeundi in cælum, simulque peto promissum mihi a te præmium conversionis et salutis omnium gentium, ut ille per meam passionem et mortem salventur, tuæque gratia et gloria donentur, juxta illud: « Postula a me, et dabo tibi Gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ, » *Psal. ii*; feci quod jussisti, da quod promisisti. Hoc imitantur Religiosi et Sacerdotes, qui, peracto missionis officio, ad Prælatos suos redeunt, flexaque cervicæ ab eis benedictionem et gradum statumque pristinum postulant. Moraliter, sed nervose S. Bernardus, *epist. ad Guarium*: « Quid prodest, ait, Christum sequi, si non contingat consequi? ideo Paulus aiebat: Sic currite ut comprehendatis. Ibi, Christiane, fige tui cursus profectusque metam, ubi Christus posuit suam; factus est, inquit, obediens usque ad mortem. Quantumlibet ergo ecurreris, si usque ad mortem non perverseris, bravium non apprehendes.

31. ET ECCE VELUM TEMPLI SCISSUM EST IN DUAS PARTES A SUMMO USQUE DEORSUM, ET TERRA MOTA EST, ET PETRE SCISSE SUNT. — Moriente Christo creatore turbantur, indignantur et concutiuntur omnes creature. « Et ecce: » hinc notat S. Augustinus, lib. III *De Consensu Evangelii*, cap. xix, velum templi scissum esse mox ut Christus expiravit, ut indicaretur velum scindi propter necem Christi. Lucas ergo, qui hoc factum tenebris, Christo adhuc vivente inductis, jungit, anticipatione utitur. Duplex erat templi velum, unum ante Sanctum Sanctorum, alterum ante Sanctum, ut diserte docet Josephus, lib. VI *Belli*, cap. vi. Sanctum erat quasi navis templi, in quod sacerdotes quotidie ingrediebantur; Sanctum Sanctorum erat quasi chorus et sanctissima pars templi; ideoque semper erat clausum, nec ullus illud ingredi poterat nisi pontifex; idque semel duntaxat in anno, puta in festo expiationis, *Levit. xvi*. Putant nonnulli, Christo moriente, velum ante Sanctum fuisse scissum, quia illud erat extimium, et populo forte conspicuum. Ita S. Hieronymus, *epist. 130 ad Hedibiam*, *Quæst. VIII*. Verum dico velum ante Sanctum Sanctorum fuisse scissum: hoc enim sanctissimum erat, ideoque absolute dicebatur velum. Quia semper velabat Sanctum Sanctorum: hoc enim semper erat clausum, excepto die expiationis, quo pontifex illud expiaturus intrabat. Ita S. Leo, *serm. 10 De Passione*; Cyrillus, in cap. xix *Joannis*; Euthymius, *Cajetanus*, *Barradius* et alii hic.

Quæres, cur scissum fuit hoc velum? Respondet: Varias causas dant veteres. Litteralem causat S. Cyrillus, Theophylactus et Euthymius,

scilicet id factum esse quasi templum Incensæ mortem Christi, qui erat Dominus et Deus ejus, vestem suam more Judæorum sciderit ob tres indignitates, quod scilicet sacerdotem et pontificem, qui quotidie Deum celebrant in templo, ideoque primi debebant Christum ab eo missum agnoscere et aliis indicare, eumdem negasset et occidissent, ideoque eos privandos sacerdotio, vita et salute portenderit, et quasi comminatum sit. Ita S. Leo, *serm. 10 De Pass.*

Mysticam dat Theophylactus; scilicet, ut significaretur templum hoc deinceps fore profanandum, ac cum suis sacrificiis, cæremoniis, ritibus legalibus dissolvendum et abrogandum, imo et desolandum, ait Chrysostomus. « Scissum esse velum, ait Theophylactus in cap. xv *Marci*, per hoc manifestante Deo, quod gratia spiritus e templo evelet, et quod Sancta Sanctorum (antea omnibus inaccessa et nunquam visa) omnibus conspicua et manifesta fiant. » « Tunc enim, ait Cyrillus; lib. XII *in Joan.*, cap. xxxvii, a gratia Dei penitus Israel decidit resillitque longo ab ea, cum tanto furore salvatorem suum imple occidit. » Et S. Hilarius: « Veli honor, inquit, cum custodia angelorum protegentis auferatur. » Hinc S. Ephrem, *serm. De Pass. Dominæ*, tradit, tunc cum velum scissum est, columbam e templo evolasse. Columba enim index est Spiritus Sancti.

Allegorica causa fuit, ut significaretur velamentum cæremoniarum legalium veteris legis et templi per Christum patefactum esse, et impletum, ut jam deinceps non soli Judæi, sed et Gentiles infideles clare cognoscerent Deum et Christum ejusque mysteria, quod Judæi per tot figuras adumbrabant; imo quod Dei cultus et Ecclesia e Jerusalem et templo ad Gentes Romanque transiret. Ita Origenes, Hieronymus, Ambrosius et alii passim. Audi S. Leonem, *serm. 17 De Pass.*: « Adeo, inquit, tunc a lege ad Evangelium, a Synagoga ad Ecclesiam, a multis sacrificiis ad unam hostiam, quæ Deus est, evidens est facta translatio, ut emittente Domino spiritum, velum vi subita scinderetur. » Audi et S. Hieronymum: « Velum templi scissum est, et omnia legis Sacramenta quæ prius tegebantur, prodita sunt, atque ad Gentium populum transierunt. Josephus quoque refert virtutes angelicas, præsidia quondam templi, tunc pariter conclamasse: Transreamus ex his sedibus. » Respicit locum Josephi, lib. VII *De Bello*, cap. xii. Verum Josephus dicit id contigisse non in morte Christi, sed post 38 annos in excidio Jerusalem et templi per Titum.

Anagogicam causam dat Apostolus, *Hebr. ix, 8*, scilicet jam per Christi mortem apertam esse viam in cælum, quod prius erat clausum; quia Sanctum Sanctorum erat typus cœli, velum vero significabat illud esse velatum et clausum, donec Christus morte sua velum hoc rupit, et viam patefecit.

Notat S. Hieronymus, *epist. 130 ad Hedibiam*.



Quest. VIII, in Evangelio Nazarenorum addi, quod tunc superliminare templi infinite magnitudinis fractum sit atque divisum, citatque Josephum. Verum Josephus hoc factum dicit in excidio urbis et templi per Titum, quod tamen excidium post paucos annos factum est in ultionem sanguinis Christi. Et hoc tantum videtur velle S. Hieronymus.

Terra ter-  
ra ter-  
ra mota  
Christi.

ET TERRA MOTATA EST. — « Terra, » scilicet tota: fuit ergo hic terræ motus universalis, maximus et vehementissimus, ita ut totus terræ globus e centro suo convulsus contremuerit et concussus sit, sicut eclipsis solis fuit pariter universalis per totum orbem, ut dixi vers. 43, uti inter alios docet Paulus Orosius, lib. VII, cap. IV; et Didymus in *Catena Græca*, in cap. IX *Job*, ait hoc terræ motu terram e centro suo fuisse conqussatam, idque prophetatum fuisse a Job, cum ait, cap. IX, 6: « Qui commovet terram de loco suo, et columnæ ejus concutuntur. » Unde et Phlegon, libertus Adriani Imperatoris, quem citat Origenes hic, et Eusebius in *Chron.*, ad annum Christi 33, scribit hoc terræ motu extra Judæam multas domos Nicææ in Bithynia fuisse eversas. Quin et Philius, lib. II, cap. LXXXIV, testatur sub Tiberio (sub quo passus est Christus) ingenti terræ motu dirutas esse duodecim civitates in Asia. Idem asserit Suetonius, in *Tiberio*, cap. XLVIII. Causa hujus terræ motu literalis fuit, ut per eum significaretur divinitas Christi, qui est Dominus cæli et terræ; hic enim terram concutiebatur. Unde passim concussio terræ tribuitur Deo, et index est divinitatis, juxta illud Dei ad Eliam: « Et ecce Dominus transit, et spiritus grandis et fortis, subvertens montes, et conterens petras ante Dominum. » Sic olim mons Sina, cum in eo Deus daret legem Moysi et Hebræis, totus contremuit, *Exod.* XIX. Similia sunt *Psal.* XVII, 8, et *Nahum* III, 6, et alibi. In passione ergo Christi impletum est illud Aggæi, II, 7: « Adhuc unum modicum est, et ego commovebo cælum et terram. »

Secunda.

Rursus significabatur naturalis quasi terræ sensus, ad tantum scelus in Dominum suum commissum quasi indignantis, et in Judæos decidias insilire volentis, ut eos absorberet in tartara.

Mystica.

Mystice: significabatur nova terra et novus mundus fidelium per Christum instituentis, juxta illud Isaie, LXV, 17: « Ecce ego creo cælos novos, et terram novam. » Vetus enim terra hoc motu videbatur abstruere.

Tropol.

Tropologie: significabatur per mortem Christi commovenda fore terram et saxa hominum corda ad penitentiam. Porro, si totus terræ globus e centro suo convulsus, concussus fuit, ergo et mare ac flumina: mare enim cum terra unum globum efficit. Quare, moriente Christo, mare fluctibus horrendis insonuit, aestuavit, exundavit, ut suo fremitu indignitatem necis sui creatoris loqueretur, sicut eandem loquebatur sol et

cælum, subducendo radios, aer suis tenebris terra suo terræ motu, petra sua scissione.

Vide hic ut Christus in summa sui abjectione, summam suam majestatem et omnipotentiam more suo ostenderit, ne videretur coactus mori, ac ut homines discerent quis et quantus esset, qui pro illis tam villa et indigna tanta dignatione patiebatur, idque obstupescerent et venerentur. Nam, ut ait S. Ambrosius, lib. V *De Fide*, cap. II: « Fatigatur ex itinere Jesus, ut reficiat fatigatos; petit bibere, sitientibus potum spiritalè datur; esurit, cibum salutis esurientibus traditur; moritur, vivificatur; sepelitur, resurrecturus; tremulo pendet in ligno, confirmaturus tremantes; cælum caligine obducit, ut illuminet; terras tremefacit, ut solidet; maria conturbat, ut mitiget; reserat tumulos mortuorum, ut ostendat domicilia esse vivorum; creatur ex virgine, ut ex Deo nato esse credatur; nascere se simulat, ut scire faciat nescientes; adorare quasi Judæus dicitur, ut quasi verus Dei Filius adoretur. »

ET PETRÆ SCISSÆ SUNT. — Primo in Golgotha, ubi crucifixus est Christus. Unde Cyrillus Hierosolymitanus, *Catechesi* 13: « Hactenus, ait, Golgotha monstrat, ubi propter Christum petra scissæ sunt. » Et S. Lucianus presbyter et martyr, fidei sue rationem prædici reddens: « Ad stipulam, ait, hic ipse in Hierosolymis locus, et Golgotha rupes sub patibulo onere disrupta. » Rem plenius narrat Adrichomius in *Descriptione Jerusalem*, num. 232, dicens: « Cujus rei etiam hoc præclaram in petro Calvarie monte adhuc extat argumentum: ibi enim conspicit etiamnum potest illa, quæ sub manu Christi læva, et a sinistris pendens latronis in cruce, in morte Domini facta est scissura, in qua Dominici sanguinis colorem adhuc prehendere licet. » Et post pauca: « Cujus quidem scissuræ ea est latitudo, quod humani corporis crassitiem facile capere possit. Profunditas vero tanta, quod ab hujus rei curiosis demissa bolide, nequaquam potuerit investigari, ut verisimile sit infernum usque patere: et quemadmodum latronis dextero via per Christi mortem in cælum reserata est, ita per petra hujus scissuram latroni sinistro (ut olim rebellis Core) viam in infernum apertam esse. Ex quo patet quam verum sit quod de ipsis ait Hieronymus, Christus, inquit, unum relinquit sinistram, alteram assumpsit dexteram, sicut in die judicii faciet: ex simili crimine, dissimiles sortiuntur fines; alter antecedit Petrum in paradysum, alter Judam in infernum. » Confessio brevis, vitam acquisivit longam; et blasphemia finita, poena plectitur æterna. » Huc usque Hieronymus, in cap. XV *Marci*, vel quisquis est auctor; non enim videtur esse S. Hieronymus Stridonensis. Porro non tantum Hierosolymis, ait Baronius, anno Christi 34, num. 107, sed et in plerisque aliis orbis partibus scissos montes eodem terræ motu, incole firma traditione testantur, nempe in Hetruria montem Alvernæ dictum, et

Petra  
scissa in  
Golgotha.

Et in  
sinistra  
latronis.

In quo S.  
Franciscus  
cas stig-  
mata  
Christi  
recipit.

prope litus Campanum Cajetæ promontorium; inde horrenda illa utriusque montis petrarum præcipitia. Nam scissas tunc esse petras montis Alvernæ, revelavit angelus S. Francisci ibidem oranti. Unde mira fuit S. Francisci erga hunc montem devotio, adeoque in eodem quinque sacra Christi crucifixi stigmata accepit. Sensit ergo Christi mortem lapidum scissura, ut eam, quæ inter Christi animam et corpus adeo crudeliter et inhumane facta est scissio, representaret. Neque aliquando ad has montis scissiones respiciebat S. Franciscus, quin statim veniret in mentem Christi passio, seque scindi, vulnerari et cruciari optaret, ut participes fieret dolorum crucifixi, quos sibi objici videbat in lapide inanimato. Ita Waddingus in *Amalibus Minorum*, anno Christi 1213, num. 15.

Quare merito exclamat S. Ambrosius, lib. X in *Lucam*: « O duriora saxis pectora Judæorum! funduntur petra, sed horum corda durantur, hominum immobilis duritia manet orbe concusso. »

Allegorie: S. Hieronymus ad *Hedibiam*, Quest. VIII: « Petra scissæ sunt, id est dura Gentilium corda sive petra, universa vaticinia Prophetarum, qui et ipsi a petra Christo cum Apostolis petra vocabulum acceperunt, ut quidquid in eis duro legis velamine claudebatur, scissum pateret Gentibus. Monumenta quoque, de quibus scriptum est: Vos estis sepulera extrinsecus dealbata, quæ intus plena sunt ossibus mortuorum, ideo sunt aperta, ut egredierentur de iis qui prius in infidelitate mortui erant, et cum resurgente Christo atque vivente viderent, et ingrederentur cælestem Jerusalem, et haberent municipatum nequaquam in terra, sed in cælo, morientesque cum terreno Adam, resurgerent cum Adam supercælesti. » Addit Eusebius, lib. V *Preparat. Evang.*, cap. IX, ex Plutarcho, sub Tiberio, apud Paxas insulam auditam vocem: « Magnus Pan mortuus est, » ideoque magnum multorum fuisse ululatum; quod Eusebius interpretatur de Lucifero, quasi ille sit Pan, qui, moriente Christo, quasi mortuus sit, eo quod Christus ei vires et quasi vitam ademerit. Alii tamen, ut Barradius: Pan, inquit, est Christus; Pan (πᾶν) enim Græce, idem est quod omne; Christus autem quia Deus, est omne bonum et omnia, juxta illud: « Deus meus, et omnia; » hujus mortem deplorantur demones, eo quod per illam dominio suo in terram spoliati sint.

Pan mor-  
tuus, est  
Christus.

32. ET MONUMENTA APERTA SUNT, ET MULTA CORPORA SANCTORUM, QUI DORMIERANT, SURREXERUNT, 33. ET EXEUNTES DE MONUMENTIS POST RESURRECTIONEM EJUS, VENERUNT IN SANCTAM CIVITATEM, ET APPARUERUNT MULTIS.

ET MONUMENTA APERTA SUNT, — statim a morte Christi; hoc enim insinuat hic Mattheus, idque decebat, ut significaretur id fieri vi passionis Christi, ac consequenter eadem vi mortem esse superatam, et vitam humano generi restitutam.

Ita Boda, Theophylactus et S. Hieronymus qui ait: « Monumenta aperta sunt in signum futuræ resurrectionis, » Et S. Ambrosius, lib. X in *Lucam*: « Monumentorum, inquit, reseratio quid aliud, nisi, claustris mortis effractis, resurrectionem significat mortuorum? » Sic et Illarius: « Illuminans, ait, mortis tenebras, et infernorum obscura collustrans, in Sanctorum ad prorens consopitorum resurrectionem, mortis ipsius spolia detrahebat. » Sed tamen ex monumentis non prodierunt Sancti hi; nec resurrexerunt nisi post resurrectionem Christi, ut innuit Mattheus vers. 53, et Paulus, *Coloss.* I, 18, ubi Christum vocat primogenitum mortuorum et primitias resurrectionis; Christus enim sua morte tam sibi quam nobis meruit resurrectionem. Par erat ergo ut ipse, deviata morte, primus quasi mortis victor et triumphator resurgeret, ac post eum et per eum ceteri. Ita Origenes, S. Hieronymus, Boda.

SURREXERUNT, — a morte et sepulcro ad vitam. Causa prima fuit, ut Christus fidem resurrectionis sue per hos socios suos quasi et præcones firmaret. Testabatur enim hi Sancti dicebantque: Christus a morte resurrexit, ac nos ab eadem resurgere fecit; credite ergo cum resurrexisset, sicut nos videtis per eum a morte surrexisse esse sequere reditivos. Secunda, ut in eis et per eos Christus virtutem passionis suæ ostenderet; scilicet, quod per eam anime patrum ex inferno et limbo essent liberatæ, ac quod simili modo mystice anime hominum, quæ per peccata erant mortuæ, jam per Christi gratiam essent vivificandæ, et aliquando per gloriam tam in corpore quam in anima resurrecturæ ad vitam beatam et æternam, itaque beatæ et glorificandæ in æternum.

Quæres, an hi Sancti post resurrectionem rursus sint mortui et ad sua monumenta redierint, an vero manserint vivi et gloriosi perpetui? Nonnulli censent eos rursus esse mortuos, ac resurrecturos cum aliis ad vitam beatam in die judicii; id enim videtur innuere Paulus, *Hebr.* XI, vers. ult., dicens: « Ut non sine nobis consummarentur. » Ita Theophylactus, Euthymius, Barradius, Franciscus Lucas hic, et S. Augustinus, epist. 99 ad *Evodiam*, et S. Thomas, III *part.*, Quest. LIII, art. 3, ac S. Brigitta, lib. VI *Revelationum*, cap. XCIV, et lib. VII, cap. XXVI: « Scias, inquit B. Virgo, quod nullum corpus humanum in cælo est nisi corpus gloriosum Filii mei, et corpus meum. » Verius illi censent Sanctos hos non amplius esse mortuos, sed resurrexisse ad vitam immortalam: tum quia hoc decebat Christum, ut fructum mortis et resurrectionis sue statim ostenderet in beata hac Sanctarum resurrectione; tum quia animæ horum jam erant beatæ, ac prout par erat eas non uniri corporibus nisi gloriosis et immortalibus, tum quia exigua fuisset eorum felicitas, ac longe major fuisset eorum miseria, quod mox rursus deberent mori: ma-

Sancti post  
Christum re-  
surrexe-  
runt.

Causa  
Prima.

Secunda.

An rursus sint  
mortui?

Resp. ne  
satis.



luisent enim non resurgere, quam tam cito rursum mori; tum quia congruebat, ut hi Sancti Christum resurgentem et scandentem in celum, ejusque triumphum sua resurrectione decorarent, quasi captivi a Christo redempti et a morte liberali, ac quasi spolia, quæ Christus morti et inferno eripuerat; tum denique quia convenit ut Christus in celo habeat Beatos, quorum aspectu et colloctione externa se pascat ejus humanitas, ne aliqui solitaria sit experte ejus humanitas, ne alioqui solitaria sit experte humanæ consolationis. Ita Origenes, S. Hieronymus, S. Thomas, Beda, Anselmus hic, Clemens Alexandrinus, lib. VI *Strom.*; Eusebius, lib. IV *Demonstrat. Evang.*, cap. XII; Epiphanius, *heresi* 75, et passim recentiores. Nec obstat locus *Hebr.* XI, vers. ult., quia *si sine nobis*, non significat ante diem iudicii, sed ante Christum et Christianos, sive ante filios novi Testamenti, prisca patres non resurrexerunt, ut ibi fusius ostendi.

Quinam resurrexerunt?

Porro, quinam fuerint hi Sancti, qui cum Christo resurrexerunt, non plane liquet. Verisimile est imprimis eos fuisse, qui peculiarem ad Christum relationem, vel parentelam, vel promissionis sibi facte, vel typi et figuræ, vel fidei et spei, vel castitatis et sanctitatis habuere, ut fuere Adam, Abraham, Isaac, Jacob, Melchisedech, David, qui non nisi in terra promissionis sepeliri voluerant, ut resurrectionis Christi forent participes. Item Job et Jonas, qui resurrectionem Christi in se adumbrarunt. Adhæc Moses, Josue, Samuel, Isaias, Jeremias, Ezechiel aliique Prophete. Unde Pineda, in *Job* XIX, 23, censet tunc pariter resurrexisse Danielem, et tres ejus socios Ananiam, Azariam et Misaelm: sed id obstat, quod horum corpora et reliquiæ ostendantur Romæ in templo sancti Adriani, uti observavit noster Lorinus in *Act.* II, 29, qui et addit nec Evam, nec aliam feminam tunc resurrexisse, quia decebat, inquit ipse, Deiparam esse primogenitam resurgentium inter feminas, sicut Christum inter viros. Verum Evam cum Adamo, quasi matrem omnium, resurrexisse opinatur cum aliis Francis Lucas hic, qui et adiecit cum S. Epiphano, in *Anacreto*, videri potius tunc resurrexisse eos qui nuper obierant, erantque testes magis notæ Apostolis cæterisque Judæis; unde his magis persuadere poterant Christum resurrexisse, et suæ resurrectionis esse auctorem, uti fuere Zacharias, Simeon, Joannes Baptista. Verum Baptistæ obstat, quod ejus caput Romæ et Ambiani, digitus Florentiæ, reliqui corporis cineres Genavæ ostendantur. Noster Theophilus Raynaudus opinatur tunc resurrexisse bonum latronem, lib. de eo, cap. XIII. Unde et nullo ejus reliquiæ reperiuntur. Augustinus tamen, lib. *Contra Felicianum*, cap. XV, ait de eo: «Cujus corpus ad futuram resurrectionem mors communis conclusit;» sed obiter et aliud agens id dicit S. Augustinus. Preter jam dictos plures alii, presertim ii quos celebrat Apostolus, *Hebr.*

cap. XI, etiam extra Judæam mortui et sepulti, resurrexerunt; nam Mattheus ait: «nulla corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.» Hoc enim decebat liberalitatem et magnificentiam Christi, ut suam resurrectionem et ascensionem in celum, magna Sanctorum simul resurgentium copia et pompa adornaret.

Tropologie S. Hieronymus: «Hæc, ait, videntur typum ferre credentium, quod pristinis errorum vitii derelictis, et cordis emollita duritia, qui prius erant similes tumulis mortuorum, post ea agnoverint creatorem, et ad vitam gratie per penitentiam surrexerint.»

VENERUNT IN SANCTAM CIVITATEM. — Id est in Jerusalem, quæ «sancta» dicitur, quod in eadem Deus sanctus sancte colebatur in templo sancto, quodque in ea multi fuissent Sancti, presertim Prophete, ac tandem Sanctus Sanctorum, scilicet Christus in eadem sanctam suam Ecclesiam instituit, ac morte sua sanxisset.

ET APPARUERUNT MULTIS. — Puta Apostolis et discipulis Christi, aliisque Judæis necdum ad Christum conversis, ut eis fidem et resurrectionem Christi persuaderent, quasi ejus testes et præcones: «Ut ex eorum resurrectione, ait Euthymius, alii certiores redderentur, et de resurrectione illius (Christi) cogitantes, quod qui hos resuscitavit, multo magis seipsum resuscitavit.»

34. CENTURIO AUTEM, ET QUI CUM EO ERANT VERS. 54. Luc. XXV, 45. Marc. XV, 39. Centurio quis? An Latronem? CUSTODIENTES JESUM, VISO TERRE MOTU ET HIS QUE FIEBANT, TIMUERUNT VALDE, DICENTES: VERE FILIUS DEI ERAT ISTE. — Multi cum Baronio censent centurionem hunc fuisse Longinum, cui Christi custodia a Pilato sit commissa, quique ex miraculis quæ in morte Christi contigerunt, agnoverint Christum esse Filium Dei, ejusque resurrectionis testis et præco extiterit, ideoque, relicta militia, secedens in Cappadociam, ibique Deo vacans, a Judæis occisus martyri occubuit, cujus vitam scripsit Metaphrastes, et ex eo S. Hieronymus, in *Act.* II, 29, qui et adiecit cum S. Epiphano, in *Anacreto*, videri potius tunc resurrexisse eos qui nuper obierant, erantque testes magis notæ Apostolis cæterisque Judæis; unde his magis persuadere poterant Christum resurrexisse, et suæ resurrectionis esse auctorem, uti fuere Zacharias, Simeon, Joannes Baptista. Verum Baptistæ obstat, quod ejus caput Romæ et Ambiani, digitus Florentiæ, reliqui corporis cineres Genavæ ostendantur. Noster Theophilus Raynaudus opinatur tunc resurrexisse bonum latronem, lib. de eo, cap. XIII. Unde et nullo ejus reliquiæ reperiuntur. Augustinus tamen, lib. *Contra Felicianum*, cap. XV, ait de eo: «Cujus corpus ad futuram resurrectionem mors communis conclusit;» sed obiter et aliud agens id dicit S. Augustinus. Preter jam dictos plures alii, presertim ii quos celebrat Apostolus, *Hebr.*

VISO TERRE MOTU ET HIS QUE FIEBANT, — scilicet

solem obscurari, petras findi, monumenta aperiri, ac præsertim quod Jesus a clamans exprasset, » ut ait Marcus: inde enim Deo mentem illuminante, agnovit Jesum esse plusquam hominem, esseque Deum, qui quasi vite et mortis Dominus clamans exprasset, ac aspirando omnia elementa totumque orbem concouisset. Jam audierat centurio Christum a Judæis et Pilato damnatum, quod se regem Judæorum, id est Messiam Filium Dei, esse dixisset: nunc videns Deum tot miraculis Jesu attestari, agnovit eum vera dixisse veræque esse Filium Dei. Voluit hoc Deus, ut centurio hic Judæos confunderet ac irrefragabile Christo testimonium perhiberet. «Ut ergo infidelitatis facinus Israeli accumularetur, ait Hilarius, centurio et custodes hæc totius nature perturbationem contuentes, Dei Filium confitentur.» Censet S. Augustinus, lib. III *De Consensu Evang.*, centurionem hunc confiteri Jesum esse Filium Dei, non naturalem, sed spirituales, quod videlicet esset valde justus, ut ait Lucas, sanctus Deoque gratus. Melius alii censent eum confiteri Jesum esse Filium Dei naturalem, uti jam dixi. Ita S. Hieronymus: «Ex hoc considerandum, ait, quod centurio in ipso scandalo passionis vere Dei Filium confiteatur, et Arius in Ecclesia prædicat creaturam.» Aditque: «Novissimi autem nunc primi efficiuntur: Gentilis confitetur populus; Judæa excecata negat, ut fiat ultimus error pejor priore.» Et Theophylactus: «Sic ordo convertitur, dum Judæi occidunt, discipuli fugiunt, et Gentilis confitetur.» Et rursus: «Nunc videtur effectum sortiri quod Dominus dixerat: *Cum exaltatus fuero a terra omnia trabam ad meipsum.* Exaltatus namque in cruce, atraxit latronem et centurionem.» Beda autem: «Et Gentiles Deum timentes aperte confessionis voce glorificant, Judæi percutientes solum pectora, silentes dominum redeunt. Unde merito per centurionem fides Ecclesie designatur, quæ Dei Filium, tacente Synagoga, confirmat.» Denique S. Bernardus, serm. 2 *De Epiphano*: «Videle, inquit, quam oculata sit fides! cognoscit Dei Filium lactentem, cognoscit in ligno pendentem, cognoscit morientem. Siquidem latro in patibulo, Magi in stabulo cognoscunt, centurio vero agnovit vitam in morte. Latro regem, centurio Dei Filium simul et hominem pronuntiat.»

Non solus centurio et miles, sed, ut addit Lucas: «Omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum illud, et videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua (in signum doloris et penitentiae) revertebantur.» Jam incipiunt producere flores penitentiae, ut prædicantibus Petro et Apostolis fructum pariant, *Act.* II.

Ille ordine suo intexæ quæ habet Joannes, cap. XIX, vers. 31, de crucifragio latronum, et lancea latus Christi perforante, ac sanguine et aqua ex eo manantibus, sic enim ait: «Judæi ergo (quod non narasseve erat), ut non remaneret in

cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati), rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura et tollerentur. Venerunt ergo milites, et primi quidem frangerunt crura, et alterius qui crucifixus erat cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderent eum jam mortuum, non frangerunt crura, sed unum militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exiit sanguis et aqua, » de quibus suo loco in Joanne dicendum.

55. ERANT AUTEM IBI MULIERES MULTÆ A LONGE, QUE

SECUTE ERANT JESUM A GALILEÆ, MINISTRANTES EI: VERS. 55. Luc. XXIII, 49. Marc. XV, 41. Vers. 56. 56. INTER QUAS ERAT MARIA MAGDALENE, ET MARIA JACOBI, ET JOSEPH MATER, ET MATER FILIORUM ZEBEDÆ. — Dicit hoc Mattheus, tum ut mulierum harum pre viris fideem, constantiam et pietatem in Jesu celebret, quod spectantibus Judæis Christi hostibus ausæ fuerint cruci ejus astare, et compassionem suam in eum testari. Unde Euthymius: «Vide, ait, conversum ordinem: discipuli siquidem fugerant, discipula vero assistentes permanebant.» Solent enim femine viris esse pietiores: unde Ecclesia erat pro devoto femine sexu, tum ut significet illas, utpote matronas graves et piæ, testes fuisse fide dignas eorum quæ Christus in cruce egit et dixit; tum ut indicet illas officia sepulture, ac præsertim unguentam ad Christum unguendum, sedulo curasse; tum denique, ut Jesu Christi in cruce patientiam et sanctitatem indicet, quæ tanta fuit, ut femina hæc eo intendo, meditando et admirando, Judæorum metu et minis avelli non potuerit.

MULIERES MULTÆ, — inter quas præcipua erat B. Maria, mater Jesu: hujus enim comites et assectæ erant cæteræ, ait Euthymius; de qua ait Joannes, cap. XIX, 25. «Stabat autem juxta crucem Jesu mater ejus.» «Stabat, » sustinens omnes dolores compatiendo, quos Jesus sustinebat patienti, idque simili constantia et fortitudine. Unde S. Antoninus, part. IV *Theolog.*, lit. XV, cap. XII, § 1: «Stabat, ait, Virgo ita divine voluntati conformis, quod (ut Anselmus ait) si oportuisset ad implendam secundum rationem voluntatem Dei, ipsa filium in cruce posuisset ac obtulisset; neque enim minoris fuit obedientiæ, quam Abraham, etc. Denique gladius illius animam pertransiit: illa tamen modestè et lætas non transiit.»

Porro, quam ingens fuerit ejus dolor, indicat VERS. 56. Luc. XXIII, 49. Marc. XV, 41. Vers. 56. Domasenus, lib. IV *De fide*, cap. XV, dicens: «Virgo partus dolores quos effugit pariens, illos tempore passionis sustinuit.» Et S. Anselmus, *De Excellent. Virginis*, cap. V: «Quidquid crudelitatis, ait, inlicentium est corporibus Martyrum, leve fuit comparatione tum passionis, o Virgo.» Et S. Laurentius Justinianus, *de Agone Christi*, cap. II: «Clarissimum, ait, passionis Christi speculum effectum erat erit Virginis.» Et cap. XVII: «In corpore filius, in mente erat genitrix crucifixæ.» Et S. Bernardus, serm. in illud *Apoc.* cap. XII, «Signum magnum: » «Tuam.



it, o Virgo, animam pertransivit vis doloris, ut plusquam martyrem non immerito predicemur, in qua nimirum corporeæ sensum passionis excesserit compassionis affectus.»

De constantia vero B. Virginis ita ex antiquis monumentis scribit Metaphrastes ad diem 15 augusti, et ex eo Baronius, anno Christi 34, cap. XI: «Dicunt hi quæ de his rebus tractarunt, eam ab initio usque ad finem se fortiter atque constanter gessisse, honeste quidem et non indecore utentem motu animi, factis etiam ostendens se esse matrem; sed matrem omnino illum, qui motum animi certis finibus continuit: mortuamque videns filium, eo motu animi usa est ut oportuit; quin etiam in eo de cruce deponendo maternis manibus inservivit, et clavos qui extraherantur in sinu suo accepit, et membra illius amplexa est, partim quidem ulnis astringens, partim quidem suis lacrymis plagas emundans; deinde tota toti corpori circumfusa: Ecce tibi ab omni seculo præfinitum mysterium ad finem usque venit, o Domine, placida voce dicit. Et Joseph in manus tradens sudarium, ait: Tibi autem deinceps cura erit, ut sepulture tradens, hoc eum honeste componas, myrrha condias et ei iusta facias.»

A LONGE. — Dices: Joannes ait «juxta crucem» eas stitisse. Respondeo: «Juxta,» id est ex adverso crucis, sed ita ut non omnino prope, sed paulo remotius starent. Militum enim Christum eosdientium excubiæ, item populi affluentis densitas, non permittebant eas proxime ad crucem accedere: accedebant ergo tam prope quam poterant, ita ut Jesum commode videre et audire possent. Vide Adrichomium in *Descript. Jerusalem*, num. 252, ubi locum stationis earum assignat a cruce Christi distantem 15 ulnis, quas nunc octodecim gradibus meliuntur. Alii respondent eas aliquando prope accessisse, aliquando longius recessisse, prout ferebat necessitas vel occasio. Addunt Græca *ἑσπεύοντες*, id est spectantes et spectantes, tum miram Jesu patientiam, tum prodigia quæ circa eum contingebant, hæcque omnia pia mente et meditatione revolventes.

MINISTRANTES EI, — suis facultatibus eum cum discipulis suis sustentantes. Ita Euthymius: «Chorus, ait, discipulorum apud De matrem conjunctarum, et expensas de suis facultatibus suppeditantium.» Nam, ut ait S. Hieronymus: «Consuetudinis Judaicæ fuit (neo dicebatur in culpam, more gentis antiquo) ut mulieres de substantia sua victum atque vestitum præceptoribus ministrarent.»

INTER QUAS (primaria, præcipua et quasi chorega cæterarum) ERAT MARIA MAGDALENE, — quæ liberata per Christum a septem dæmonibus, ac tam corporis quam animi sabbatibus restituta, tanti beneficii memor et grata, indivulsa ei adhaerebat.

ET MARIA JACOBI, ET JOSEPH MATER. — Puta Mariam

Cleophae, sive Alphaei, nimirum uxorem. Unde Salmeron: «Maria hæc, inquit, dicta est Cleophae a patre; a filiis dicta est Maria Jacobi et Joseph; a cognatione dicta est Maria, soror matris Jesu; a viro dicitur potest Maria Alphaei, licet ita eam nusquam vocet Evangelium.» Alii censent Cleopham non fuisse patrem, sed maritum hujus Mariæ, qui alio nomine dicitur sit Alphaeus, de quo dixi cap. XIII, vers. 55.

ET MATER FILIORUM ZEBEDÆI, — scilicet Jacobi et Joannis Apostolorum, nomine «Salome,» ut habet Marcus, xv, 40. Ita Origenes, S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius et passim cæteri.

37. CUM AUTEM SERO FACTUM ESSET, VENIT QUIDAM HOMO DIVES AB ARIMATHEA, NOMINE JOSEPH QUI ET DISCIPULUS ERAT JESU. — Narrat sepulchrum Christi gloriosam a fidelibus, Dei providentia procuratam.

SERO. — Durante adhuc die, sed inclinante in vespem: nam ante vespem, in qua incipiebat sabbatum, quo quiescendum erat, sepeliri debuit Christus.

DIVES. — Quia pauper non fuisset ausus ad Pilatum, præsidem Romanum, accedere et crucifixum impetrare, ait S. Hieronymus.

AB ARIMATHEA. — Hæc urbs est, ait S. Hieronymus in *Locis Hebræis*, quæ, I Reg. 1, vocatur «Rathaimam Sophim,» ubi habitavit Eleam et Anna, ibique genuerunt Samuelem. Sita est in regione Tamnitica juxta Diospolin: postea dicta est Rama, Aarima, et Memphys. Sita erat in loco alto, unde dicta est Rama, id est excelsa. Oriundus ergo erat Joseph e Rama, sed civis et senator erat Hierosolymæ. Hinc S. Hieronymus, in *Nomina Hebræa*: Arimathea, inquit, idem est quod altitudo ejus, vel exaltatus est ipse, ut fuit hic Joseph.

NOMINE JOSEPH. — Notandum est Christum introisse in mundum per Joseph, sponsam Virginis: nam non nisi ex Virgine desponsata Joseph nasci voluit; ac rursum exisse e mundo ac sepultum esse per Joseph ab Arimathea; Joseph enim idem est quod auctus, scilicet gratia Dei: sicut enim Joseph patriarcha auctus fuit castitate et pietate in patrem, sic Joseph, sponsus Deiparæ, excelluit castitate; hic vero Joseph emittit pietate in Christum, quasi patrem suum spiritualem jam vita functum.

Hunc Josephum Marcus vocat nobilem decurionem, ubi Græce est *ἑσπεύοντες*, id est consiliarius, senator; qui enim Romæ dicebatur senator, in municipiis dicebatur decurio. Hunc autem Josephum fuisse senatorem Hierosolymitanum conjicitur ex eo quod ibi habitabat; ibi enim excederat sibi sepulchrum. Rursum colligit Maldonatus eum interfuisse concilio Judæorum de capiendi et crucifigendi Christo, *Matth. XXVI, 4*, sed non voluisse aliis scribere et assentiri. Unde «quidam, ait S. Hieronymus, putant de

ipso primum psalmum esse compositum: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum,»* etc.

QUI ET DISCIPULUS ERAT JESU. — Hæc ergo ratio movit Josephum ad sepeliendum Christum, ut quasi discipulum magistro suo ex pietate funeris iusta persolveret et parentaret.

38. HIC ACCESSIT AD PILATUM, ET PETIT CORPUS JESU. TUNC PILATUS JUSSIT REDDI CORPUS. — «Accessit audacter,» ait Marcus: licet enim ipse oculus esset discipulus Jesu ob metum Judæorum, tamen animante eum Christo, ac hortante B. Virgine, ut dixi vers. 33, opus tam arduum sine formidine audacter aggressus est. «Ex hoc facto, ait Victor Antiochenus in cap. xv *Marcæ*, summam Josephi constantiam et fortitudinem spectare licet; parum enim aberat quin vitam ipsam Christi causa impenderet: quippe qui Judæorum omnium inimicitiam propter illum in se susceperat.» Et S. Chrysostomus: «Fortitudo, inquit, Joseph maxime admiranda est, cum propter amorem Christi periculum mortis susceperit, et universorum se odio tradiderit,» etc. Causam constantiæ dat Lucas et Marcus, dicendo: «Qui et ipse erat expectans regnum Dei, q. d. Credebat in Christum, et per ejus gratiam sperabat salutem et gloriam celestem, ideoque hac spe exposuit se periculo pro Christo ejusque corpus petiit.»

PETIT CORPUS JESU. — S. Anselmus, *diol. De Pass.*, ait sibi a Deipara revolutum, quod cum Joseph ab Arimathea peteret a Pilato corpus Jesu, hanc in cæteris rationem assignasset, quia mater ejus præ dolore moriebatur. Quasi dixisset: Mater ejus sancta est et innocens, casus gravis et repentinus, crucifixus autem erat unicuique ei filius, rationi autem non est consentaneum ut simul cum filio mater innocens moriatur; erit autem ei aliqua consolatio eum sepelire. Concede ergo matri afflictissimæ, ut eum sepeliat. Insuper verisimile est Joseph Pilato allegasse innocentiam et sanctitatem Jesu, sat Pilato cognitam; ideoque non videri eum cæteris sentibus ejus corpus in vallem cadaverum, quæ erat juxta Golphotha, abiciendum, sed honesta sepultura dignum. Daret ergo illud sibi, se funus ejus digne curaturum.

Porro, audi quid de hoc Josepho Christum sepeliente scribat Gregorius Turonensis, lib. I *Histor.*, cap. xxi, idque ex actis Pilati, ut ipse ait, ad Tiberium Romanum transmissis: «Apprehensus, inquit, et Joseph, qui eum aromalibus conditum in suo monumento recondidit, in cellam includitur, et aliis ipsius sacerdotum principibus custoditur, majorem in eum habentibus severitiam (ut gesta Pilati ad Tiberium missa referunt) quam in ipsum Dominum, cum ille a militibus, hinc a sacerdotibus custodiretur. Sed, resurgente Domino, custodibus visione angelica territis, cum non inveniretur in tumulo, nocte parietes de cellula, in qua Joseph tenebatur, suspenduntur in sublimi, ipse vero de custodia absolvente an-

gelo liberatur, parietibus restituit in locum suum; cumque pontifices militibus exprobrarent, et sanctum corpus ab iisdem instanter requirerent, dicunt eis milites: Reddite vos Joseph, et nos reddimus Christum; sed ut verum cognovimus, nec vos benefactorem Dei, nec nos Filium Dei reddere nunc valeamus. Tum illis confutatis, milites ab hac accusatione liberantur.» Verum hæc ex Evangelio Nicodemæ accepta sunt, quod apocryphum est, quare incerte et dubie sunt fidei.

Denique hic Joseph fertur a Judæis rivi sine velis et remis cum Magdalena, Martha, Lazaro et Maximino impositus, Deo remige Messilium appulisse, indeque in Angliam navigasse. Ibiq; Christum predicasse ac defunctum esse; unde ab Anglis quasi Angliæ Apostolus colitur. Ita Baronius, anno Christi 33, cap. iv; et Lucius Dexter in *Chronico*, anno Christi 48; item quæ vetera Hispaniæ Breviaria, præsertim Asturise et Palentinum, quæ ibidem citat Franciscus B. varius.

TUNC (auditis et probatis rationibus Josephi jam recensitis) PILATUS JUSSIT REDDI CORPUS. — ut hac ratione aliquo modo satisfaceret Christo, quem injuste ob instantiam principum ad mortem damnarat, ac suum factum honestando Christi sepulchrum tegeret, vel excusaret, quod scilicet coactus eum damnasset, utpote quem honorifica sepultura dignum iudicabat.

REDDI. — Dato a Josepho pretio et auro, ait Theophylactus, sed hoc parum est verisimile, ob rationes jam datas, et quia Marcus ait: «Donavit corpus Joseph:» ergo Joseph illud gratis dono accepit, non pretio comparavit: nimis enim sordide avaritiæ Pilato præsidii fuisset, illud vendere. «Beddi» ergo, id est *dari*, ut vertit Syrus; sed dicit «reddi,» quia corpus Jesu a Pilato jam traditum erat militibus ad crucifigendum: jubet ergo ut ipsi illud reddant Josepho. Addit Marcus, cap. xv: «Pilatus autem mirabatur si jam obiisset,» tum quia considerabat solos dolores flagellationis et crucis Christi, qui latrones Christi socios necdum occiderant; tum quia, ut ait Euthymius, sperabat Pilatus Jesum tarde moriturum, tanquam hominem divinum, qui cæteros excederet. Pergit Marcus: «Et accessit centurione interrogavit eum, si jam mortuus esset. Et cum cognovisset a centurione (eum mortuum), donavit corpus Joseph.»

50. ET ACCEPTO CORPORE, JOSEPH INVOLVIT ILLUD VERO, IN SINDONE MUNDA. — Syrus, in *linceo lini mundi*, Mundissimum enim corpus decebat munda sindonem. «Sindon» est pannus ex lino subtiliore et 46; *Joan.* 112, 32. delicatior textus: hoc ergo quasi subtilissimo velo et linceo Joseph corpus Christi involvit. Dicta sindonem a Sidone, urbe Phœnicie, in qua primo texti cepit. Unde Martialis:

Nec sic in Tyria sindone tatus eris.

Erat enim Tyrus vicina Sidoni. Solebant Judæi

Ver. 38.  
Luc.  
xvii, 52.  
Mar.  
xv, 42.  
43; Joan.  
xii, 38.  
Joseph ab  
Arimathea  
petit a Pilato  
corpus  
Jesu.

Ver. 37.  
Luc.  
xviii, 51.  
Mar.  
xv, 41.  
43; Joan.  
xii, 38.

Arimathea  
quænam  
urbs?

Ubi ait

Mira de  
Joseph  
historia

Pilatus  
jubet reddi  
corpus  
Jesu.

Ver. 50.  
Luce.  
xviii, 35;  
Mar. xv,  
46; Joan.  
112, 32.



Mos v. pellere. Hebraea. rima. Franc.

defunctos sepellendos sindone involvere, manus et pedes ligare instilis, id est fasciis, faciem velare sudario, uti fecere Lazaro, *Joan. XI, 44*. Idem Joseph fecit Christo, ut patet *Joan. XIX, 40*: «Acceperunt, inquit, corpus Jesu, et ligaverunt illud linteis cum aromatis, sicut mos est Judæis sepelire.» Audi S. Hieronymum: «Ex simplici sepultura Domini ambitio divitum condemnatur, qui nec in tumulo quidem possunt carere divitiis. Possimus autem juxta intelligentiam spirituales et hoc sentire, quod corpus Domini non auro, gemmis et serico, sed linteamine puro obvolvendum sit, quamquam et hoc significat, quod ille in sindone munda involvit Jesum, qui pura mente eum susceperit.»

Hæc de causa et corpus Christi in Missa non nisi in sindone collocatur mundissima, quod vulgo «corpore» vocant a corpore Christi, quod ad instar sepulcri in se continet, ait Paschasius Rabertus scribens in hunc Matthei locum.

Adiit Joannes, cap. XIX, 39, Nicodemum ungenta attulisse: «Venit, ait, et Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primam, ferens mixturam myrrhæ et aloes quasi libras centum, » ut eo totum corpus Jesu perfunderet, et quasi balsamaret. Myrrha enim et aloes sua amaritie corpora a putrefactione conservant. Mystice: his nos ungentis fragrare vult Euthymius, cum pectore nostro veluti sepulcro novo Christi corpus excipimus. «Et nos (inquit ille) Domini corpus in altari accipientes, odoramentis illud ungamus suavis, videlicet virtutum operibus, ac opere et contemplatione, » etc.

Modum pollicinetur corporum describit Baronius ex R. Jacob et R. Mose. «Solebant, ait, viri virorum, femine feminarum corpora curare, hoc modo: Oculos imprimis et ora claudebant defunctorum, stringebant fascia, tondabant capillos, lavabant corpus, unguentis ungebant, linteis involvebant, si que curatum in sepulcro locabant.»

ET POSUIT ILLED IN MONUMENTO SUO NOVO, QUOD EXCIDERAT IN PETRA: ET ADVOLVIT SAXUM MAGNUM AD OSTIUM MONUMENTI, ET ABIT. — *Joan. XIX, 41*, addit: «Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus, et in horto monumentum novum, in quo nondum quispiam positus erat. Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Jesum.»

NOVO. — Ne, Christo resurgente, quis alius prius in eo sepultus, resurrexisset, ait S. Chrysostomus, putaretur; vel fingeretur, ait S. Hieronymus. Mystice S. Augustinus: «Sicut, ait, in Marie virginis utero, nemo ante illum, nemo post illum conceptus est; ita in hoc monumento novo, nemo ante illum, nemo post illum sepultus est.»

IN PETRA. — «Ne, si ex multis lapidibus edificatum esse suffossio tumuli fuisset, abla-

tus furto deceretur, » ait S. Hieronymus. Formam sepulcri Christi fuisse describit Beda in cap. XV *Marc.*, dicens: «De monumento Domini ferunt, qui nostra ætate de Hierosolymis Britanniam venire, quod domus fuerit rotunda, de subjacente rupe excisa, tante altitudinis, ut intro consistens homo vix manu extenta culmen possit attingere. Quæ habet introitum ab oriente, cui lapis ille magnus advolutus est. In ejus monumenti parte aquilonari, sepulcrum ipsum, hoc est Domini corpus locus, de eadem petra factus est, septem habens pedes longitudinis, trium vero palmorum mensura extero pavimento altius eminentis. Qui videlicet locus non desuper, sed a latere meridiano per totum patulus est: unde corpus inferebatur.»

Breviter Adrichomius in *Descriptione Jerusalem*, num. 239: «Sepulcrum Domini gloriosum, ait, monumentum erat novum octo pedes longum, quod a monte Calvarie centum et octo pedibus, a monte autem Sion passibus mille distabat in horto monti Calvarie propinquo, quod in petra sibi Joseph exciderat. Joseph ergo suum sepulcrum cessit Christo, et Christus in alieno, scilicet Josephi, sepulcro conditus est.» Causam dat Theophylactus, dicens: «Qui non habuit domum in vita, neque sepulcrum habet, sed in alieno deponitur, et cum sit nudus, a Joseph vestitur.» S. Augustinus, *sarm. 133 De Temp.*: «Ideo, inquit, in aliena sepultura ponitur, quia pro aliorum moriebatur salute. Ut quid illi propria sepultura, qui in se propriam mortem non habebat?» Addit: «Ut quid et tumulus in terris, cujus sedes manebat in oculis? Ut quid illi sepultura, qui tridui tantum temporis spatium non tam in sepulcro mortuus jacuit, quam vellet in lecto quiescit?»

Anagogice: significavit Christus se et Christianos esse peregrinos in terra, ac tendere in cœlum, quasi patriam, velut civis Sanctorum et domesticos Dei. Hæc de causa S. Antonius, S. Ephrem, S. Franciscus et alii, proprium noluerunt habere sepulcrum, sed in alieno sepulchro voluerunt, exemplo Christi.

Hic ergo impletum est illud *Isaie*, cap. VI, 40, de Christo oraculum: «Et erit sepulcrum ejus gloriosum.» Vide ibi dicta. Hinc per tot sæcula hæc usque frequens et religiosa est fidelium extoto orbe peregrinatio in Jerusalem, ad visendum et venerandum S. Sepulcrum Domini. Quam ergo ignominiosa fuit passio et mors Christi, ita gloriosa fuit ejus sepultura; hæc enim illa meruit. Unde a S. Helena, matre Constantini Magni, hoc in loco condita est basilica, quæ reliquis totius orbis amplitudine atque pulchritudine longe excellit: nam auratis muris laquearibus, et aureis dives altaribus, marmoreis septuaginta tribus columnis fulcitur; et tam resurrectionis quam crucifixionis locum, sub uno eodemque tecto comprehendit; quod in sui medio rotunda

patet foramine apertum, sub quo in inferiori Ecclesie parte Dominicum consistit sub dio sepulcrum: cui passionis Christi theatrum, mons Calvarie, tunc viciniam octo pedes altus, chori loco adheret; qui octodecim gradibus, quorum singuli pedem et semissem in altitudine continent, sui accessum præbet. Quocirca in hæc basilica sepeliri voluit Godefridus Dux Bullonius, et Christianus primus Hierosolymæ rex, cæterique reges omnes post eum. Illo quoque viri insignes nobilitantur, et equites aurati creatur: ita Adrichomius in *Descript. Jerusalem*, num. 232.

Denique sepulcrum Christi fuit in horto, quia in horto paradisi peccarat Adam, ac mortis sententiam incurerat. Hinc in horto passionem orsus est Christus, in horto consummavit et sepellus est, ut sententiam hæc averet et expiaret; utque hortum amonissimum floribus et fructibus virtutum omnium vernantem, puta Ecclesiam, institueret et plantaret. Porro, Christi corpus in sepulcro, sicut et in cruce, ita collocatum fuit, teste Beda et Adrichomio, ut capite et facie ab Oriente et Judæa aversa, Occidentem, id est Italiam et Romam, respiceret.

Nota: Christus mox ut exspiravit, quoad animam descendit in limbum patrum, illisque se suamque deitatem ostendit; itaque eos beavit. Animas quoque in Purgatorio detentas liberavit, eisque primum et universale jubileum dedit. Unde eis pariter suam deitatem ostendit, eosque beatos effecit, uti dixi *I Petr.* III, 49; demones vero et homines impios in inferno, rursus ad gehennam perpetuam damnavit, tanquam coram dominis, judex, victor et triumphator. Mansit anima Christi in limbo usque ad tertiam diem, quo et limbo cum patribus aliisque Sanctis egrediens, corpus suum, quod triduo jacebat in sepulcro, resumens, gloriose resurrexit, ac patres deinde corpora sua resumere secumque resurgere effecit. Quo ordine, modo et tempore hæc omnia sint peracta, dicam initio cap. XXVIII. Porro Christi divinitas, puta divina Verbi persona, in Christi mortis mansit semper tam corpori in sepulcro, quam anime in limbo hypostatice unita: quod enim ipsa semel assumpsit, hoc nunquam dimisit, nec dimittet in æternum, uti docent Theologi.

ET ADVOLVIT (adjutus a Nicodemo et famulis. Unde Sytus veritas in plurali, *advolverunt*) SAXUM MAGNUM AD OSTIUM (ingressum) MONUMENTI. — ne quis corpus Christi auferret vel surriperet. Magis autem consilio Dei id factum est, ne Christo resurgente et vi divina suum penetrante ac exeunte, Judæi dicerent Christum non resurrexisse, sed Apostolos corpus ejus et sepulcro clam furatos palam fingere cum resurrexisse. Hæc enim de causa voluit Deus Christi corpus a viris fide dignis, scilicet Josepho et Nicodemo, sepeliri ac triduo in sepulcro manere, ibique lapide magno claudi, ac a Judæis obsignari et custodiri, ut ma-

nifesta esset omnibus ejus mors, et consequenter et morte resurrectio tertia die facta. Alique hujus resurrectionis et glorie specimen et prælidium dedit Christi corpus in ipso sepulcro, dum in eo per triduum non computruit, sed integrum illiesumque permansit, utpote virginem et sanctum, ac formatum a Spiritu Sancto, taleque in æternum perdurat.

61. ERAT AUTEM IBI MARIA MAGDALENE, ET ALTERA Ver. 61 Luc. XXV, 55 Marc. XV, 47. Maria sedent contra sepulcrum. MARIA, SEDENTES CONTRA SEPULCRUM. — «Altera Maria, scilicet Jacobi et Joseph mater; hæc cum duas duntaxat nominavit vers. 58. Videtur ergo, quod mater filiorum Zebedæe, scilicet Salome, quam pariter ibidem nominavit, videns Jesum a viris sepeliri, quia non habens quod ultra Jesu impenderet, mæsti domum redierit, aut B. Virginis sepulcrum domum reduxerit, licet Metaphrastes, ad diem 13 augusti, asserat B. Virgine perperam mansisse apud Christi sepulcrum, usque ad ipsius resurrectionem, quam ipsa die tertia futuram, uti Christus prædixerat, certo credebatur et sperabat.

SEDENTES CONTRA SEPULCRUM. — Quia, ut dixi, decebat Jesum, utpote virum, non a feminis, sed a viris lavari, et linteis involvi et sepeliri. Quare ipse, dum viri eum in sepulcro condunt, ex honestate et verecundia non ausus sunt sepulcrum ingredi, sed expectant dum viri abeant, itaque ipse sepulcrum intrent ac videant modum quo conditus sit Christus; ut instante jam sabbato, quo Judæis quiescendum erat, transacto, summo mane diei Dominicæ redeant Christumque ungant, uti eas fecisse patet, cap. seq., vers. 1.

62. ALTERA AUTEM DIE, QUE EST POST PARASCEVEN, CONVENERUNT PRINCIPES SACERDOTUM ET PHARISEI AD PILATUM. — «Parasceve» vocabatur feria sexta, sive dies Veneris, qui proxime sabbatum præcedit, eo quod illo die Judæi parent cibos et reliqua necessaria pro sabbato, quo ab opere quiescendum erat. «Parasceve» enim, Græca παρασκευή, idem est quod preparatio.

ALTERA ERGO DIE POST PARASCEVEN. — Id est post triduum ferie sextæ, puta in sabbato, simul venerunt principes hi ad Pilatum. «Non nominat sabbatum, ait Theophylactus, eo quod non erat sabbatum quoad Judæorum insaniam.» Furebant enim instar rabidorum contra Jesum, ut ejus nomen et memoriam plane abolerent. Et rabiem acutebat, quod vidissent Jesum a Joseph et Nicodemum tam honorifice sepeliri, quasi id ipsum prælidium esset futurae resurrectionis, vel revera futurae, vel a Jesu discipulis fingendæ.

63. DICENTES: DOMINE, RECORDATI SUMUS, QUIA SEDUCTOR ILLE DIXIT ADHUC VIVENS: POST TRES DIES RESURGAM. — «Seductor, » Græce ἄθετος, id est, ut legit S. Augustinus, *homil. 36*, interr. 30, «ille planus, » id est impostor. «In nomine, ait idem Augustinus in *Psal. LXIII*, 7, vocabitur Dominus Jesus Christus, ad solatium servorum suorum, quando vocantur seductores.»



POST TRES DIES — non finitos, sed inchoatos, id est intra tres dies, vel tertia post die. Ita ipsimet se explicant dum subdunt: « Jube ergo custodiri sepulcrum usque in tertium diem. »

64. JUBE ERGO CUSTODIRI SEPULCRUM USQUE IN DIEM TERTIUM, NE FORTE VENIANT DISCIPULI EJUS, ET FURENTUR EUM, ET DICANT PLEBI: SURREXIT A MORTUIS; ET ERIT NOVISSIMUS ERROR PEJOR PRIORIS. — « Cupientes, ait S. Chrysostomus, ostendere, etiam antea impostorem fuisse, ad sepulcrum usque militiam extendant et producant. » Videntur hi principes vehementer timuisse ne Jesus resurgeret, ideoque custodes milites poscunt, qui resurrectionem impediunt, aut resurgentem comprehendant iterumque occidant. Nam quod de discipulis eum furaturis subjiciunt, pretextus erat timoris; sciebant enim discipulos plane pavidos et consternatos fugisse, nec tale quid cogituros vel ausuros.

ET ERIT NOVISSIMUS ERROR PEJOR PRIORIS. — « Errorum » vocant doctrinam Evangelicam, quæ docet Jesum esse Christum Dei Filium et Salvatorem mundi, quod prius vivens docuerat Jesus. Hic ergo erat error prior. Posterior sive novissimus, quod ipse a mortuis resurrexisset, hunc dicunt fore pejorem priore, tum quia confirmabit priorem; si enim Jesus resurrexit, ergo fuit Filius Dei, ut ipse prædixit: si enim falsum prædicasset, Deus eum non resuscitasset; tum quia multos habebit sequaces et assecas, si credatur eum resurrexisse, ac semel infixæ hæc opinio mentibus hominum, deinceps evelli non poterit; tum denique quia creabit odium et invidiam pontificibus et Romanis, quod eum injuste occiderint; quare causa erit, ut multi eos aversentur, ac forte in bello vel rebellionem necem Jesu ulciscantur. Quocirca satius fuisset eum non occidere, quam permittere ut occisus resurrexisset putetur. Diabolus enim prævidens futuram Ecclesiam Christi, puta multitudine, fidem et sanctitatem fidelium Christi æquium, eam jam nascentem per Judæos hic quasi in semine elidere et suffocare conabatur. Verum « non est consilium contra Dominum, » Proverb. xxi, 30.

65. AUT ILLIS PILATUS: HABETIS CUSTODIAM, ITE, CUSTODITE SICUT SCITIS. — « Custodiam, » scilicet militum, id est custodes milites, q. d. Habetis milites a me neri deputatos, vobisque datos ad Jesum crucifigendum eumque in cruce usque ad mortem custodiendum; nunc concedo ut iisdem utamini ad custodiendum eum jam sepultum. « Custodite » ergo « eum sicut scitis, » id est optima ratione et modo, quem nostis, q. d. Modum custodiendi vestre scientie et prudentie permitto, ego amplius huic cause immiscere me nolo: « Tanquam rebus ipsi eductus, ait S. Chrysostomus, amplius ipsis coporari non vult. »

Pro « habetis, » Græce est *ἔχετε*, quod ali vertunt quasi imperativum, « habete, » id est accessite custodes. Nervosius Noster verit in presenti « habetis: » jam enim habuerant milites custodes Christi in cruce, quos Pilatus eis dederat. Unde Arabicus verit: *Apud vos sunt custodes, ite et claudite sepulcrum sicut scitis.*

66. ILLI AUTEM ABEUNTES, MUNIERUNT (Arabice, *clausurunt*) SEPULCRUM, SIGNANTES LAPIDEM, CUM CUSTODIBUS. — Munierunt ergo Christi sepulcrum duplici munimento, scilicet custodia militum, quos assidue vigilare et sepulcrum circumdare jusserunt, et obsignatione lapidis.

SIGNANTES — Græce *σφραγίσαντες*, id est obsignantes, sigillantes, scilicet annulo, non Pilati, ut innuit S. Chrysostomus, sed suo; scilicet annulo urbis Hierosolymæ, vel annulo summi Concilii ipsorum, quod « Samedrim » vocabatur, ne a quo lapis a sepulcro moveri et corpus Christi extrahi posset, quin idipsum ex sigilli violatione deprehenderetur. Simile fecit Darius rex Daniæli in lacu leonum, scilicet « obsignaverat os lacus annulo suo et annulo optimatum suorum, » Daniæli vi, 17. Addit Nicephorus, lib. I, cap. xxxii, et Beda, *De Locis sanctis*, Judæos utrumque sepulcri lapidem perforasse, et vinculo ferreo constrinxisse. Ita ipsi dum Christo resurrecturo omni modo conantur exitum occludere, auxerunt miraculum et fidem resurrectionis ejus, testimonium Deo ab hominibus ipsis torquentem. Ita S. Chrysostomus: « Certa, ait, resurrectionis demonstratio per ea quæ vos ipsi procurastis, redita est. Si enim obsignatum fuit sepulcrum, fraudi et dolo nullus locus relinquebatur: quod si nulla fraus admissa fuerit, sepulcrum vero repertum est vacuum, perspicuum est, quod procul dubio et citra controversiam resurrexit. Vides quomodo vel inviti veritatis adjuvent demonstrationem. » Et S. Hieronymus: « Non suffecerat, inquit, principibus Sacerdotum et Scribis ac Phariseis crucifixisse Dominum Salvatorem, nisi sepulcrum custodirent, cohortem acciperent, signarent lapidem, et quantum in illis est, manum opponerent resurgenti, ut diligentia eorum nostræ fidei proficeret. Quanto enim magis reservatur, tanto magis resurrectionis virtus ostenditur. »

Tropologice noster Barradius: « Ex hoc facto impiorum, inquit, discamus pietatem; postquam Christi corpus ex altari in pectus velut novum sepulcrum excipimus, diligentem adhibeamus custodiam, ut in eo semper per gratiam permaneat, neque unquam nos deserat. Vigilantes apponamus milites, hoc est vigilantes virtutes, quæ somnum, id est ignaviam, a nobis repellant; plusquam ferreo instrumento nos astringamus, hoc est, adamantino non peccandi decreto peccatus muniamus. »

## CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Magdalena cum sociabus visit Christi sepulcrum. Angelus ab eo lapidem amovet, ac custodes percussit, mulieribus vero Christum resurrexisse assertit. Rediunt illæ idipsum nuntiaturæ Apostolis. In itinere occurrit illis Christus jubetque ut illud iisdem annuntient. Judæi, data pecunia, persuadent custodiibus, ut dicant, ipsi dormientibus, Apostolos furatos esse corpus Christi. Denique, vers. 16, Christus apparuit discipulis in monte Galilææ, eosque mittit ad baptizandum et docendum omnes gentes.

1. Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, et altera Maria, videre sepulcrum. 2. Et ecce terræ motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo; et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum: 3. erat autem aspectus ejus sicut fulgur, et vestimentum ejus sicut nix. 4. Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes, et facti sunt velut mortui. 5. Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos; scio enim quod Jesum, qui crucifixus est, quaeritis: 6. non est hic; surrexit enim, sicut dixit; venite, et videte locum ubi positus erat Dominus. 7. Et cito euntes, dicite discipulis ejus quia surrexit, et ecce præcedet vos in Galilæam; ibi eum videbitis. Ecce prædixi vobis. 8. Et exierunt cito de monumento cum timore et gaudio magno, currentes nuntiare discipulis ejus. 9. Et ecce Jesus occurrit illis, dicens: Ave. Illæ autem accesserunt, et tenuerunt pedes ejus, et adoraverunt eum. 10. Tunc ait illis Jesus: Nolite timere; ite, nuntiate fratribus meis ut eant in Galilæam; ibi me videbunt. 11. Quæ cum abiissent, ecce quidam de custodiibus venerunt in civitatem, et nuntiaverunt principibus Sacerdotum omnia quæ facta fuerant. 12. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, 13. dicentes: Dicitis quia discipuli ejus nocte venerunt, et furati sunt eum, et securus vos faciemus. 14. At illi, accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et divulgatum est verbum istud apud Judæos, usque in hodiernum diem. 16. Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Jesus. 17. Et videntes eum, adoraverunt; quædam autem dubitaverunt. 18. Et accedens Jesus, locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo, et in terra. 19. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: 20. docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.

Vers. 1. 1. VESPERE AUTEM SABBATI, QUÆ LUCESCIT IN  
Luc. PRIMA SABBATI, VENIT MARIA MAGDALENE, ET AL-  
xiv, 1. TERA MARIA (Jacobi, de qua cap. xxvii, vers. 36  
Mar. et 61), VIDERE SEPULCRUM. — Syrus: *Vespere in*  
xvi, 2. *domo* (et 61), *videre sepulcrum.* — Arabice: *Vespere in*  
domo, *cum exortura esset prima hebdomadis;*  
xv, 1. *sabbato, venit Maria Magdalene, etc.*

Antilogia hic  
difficilis  
solvitur.  
Præco.  
Difficilis est hic antilogia: quomodo enim erat  
vesper vel vespera, si lucescebat, imo, ut Marcus  
ait: « orto jam sole? » Respondet primo S. Hiero-  
nymus has mulieres sæpius exisse ad sepulcrum,  
scilicet vespere et mane: quare Evangelistas  
narrare alias et alias earum exundi vices. Se-  
cundo, S. Ambrosius putat alias fuisse mulieres

quæ vespere, alias quæ mane exierint, ac conse-  
quenter alios earum ogressus aliasque historias  
ab Evangelistis narrari. Sic Nyssenus, orat. 2 *De*  
*Resurrectione*, censet mulieres quater adisse se-  
pulcrum: « Matthæus, inquit, de his feminis lo-  
quitur, quæ vespere sabbatorum venerunt; Jo-  
hannes Magdalenam venisse ait in tenebris; Lucas  
alias circa diluculum; Marcus aliam, oriente sole,  
ad junctis nonnullis, quæ jam antea ad monu-  
mentum fuissent. » Verum Evangelistas inter se  
conferenti liquet, illos loqui de eodem earumdem  
egressu ad visendum Christi sepulcrum.  
Tertio, Baronius per « vesperam » intelligit stel-  
lam Veneris, quæ dicitur Lucifer, Græce *ἑσπέρης*;